siue concordata non concordata acceptare cogatur, sed unicuiq; liberum et
integrum sit super his sententiam suam dicere, eaq; uel acceptare, uel
repudiare; Ves conditionibus per Catholicos in Consilio delectos propositis,
Confessionista primá, secunda, tertiam, et ultimam conditiones admiserunt,
Quas uero medias reseruationem uiddelect Concilij coniuersalis et eam quae
de dignitatibus, officijs et Juramentis Epor, et Archiepor, adiecta fuit,
tamq; superfluas omittendas esse contenderunt affirmates eas ipsis in
primis duabus conditionibus contineri, Contra uero Catholici necessarias eas
et non superfluas, ideoq; minime omittendas, sed expresse ponendas esse,
dixerunt. Nisi enim ponant, facile euenturum, et finito colloquio Confes-
sionista dicant, Inter quatuor uias concordia Religionis Colloquium
esse electum, et concilio tacito per Catholicos renunciatum, Eodem
modo omissa altera conditione de officio et Juramento, Ecclasticorum
procul dubio non defuturos, qui Catholicos Archiepos, et Epos, quasi
quasi contra officia et iuramenta sua colloquium inijssent insimulare
essent, Contra hoc Confessionista ideo predictas duas conditiones refutatas esse,
contenderent, Quia in reseruationem Concilij uniuersalis Papistici
idest, quod apopa indicitur, cui Papa praesidet, et in quo uotem
decisiuam non alij habent quam, Ecclasticci, consentire non possent,
quin
Cum potius et Tridentinum recusarunt, sic se deinceps omnia quae
sunt Tridentino similia recusaturas, sed et tale se uelle Colloquium
quod et si non sit obligatorium, nec in eo decisio aliqua fieri debeat,
tamen quae in eo tractabuntur, et concordabuntur, ea ad status et ordi-
nem

Imperij ea lege referenda esse existimant, et quae concordata per Colloquia
esse fuerunt, ea a statibus Imperij confirmanda, et confirmata, rata esse,
nec ad ullum Concilium amplius referri oportere, Quod autem ad alteram
conditionem de officijs et Juramentis Epor attinet, ideo eam conditionem
omittendam esse, ut liberum sit etiam unicuiq; ~~de his omnibus~~ suam ~~de~~
~~Juramentis~~ de officijs Juramentis et moribus deniq; de omni statu Eporum,
et prelatorum sententiam dicere, et integrum sit statibus de his omnibus
quod iustum fuerit deliberare. Ex his ita per Confessionistas in Concilio
propositis, Catholici haud obscure intelligere poterunt Confessionistas
omnibus modis eo contedere et reiecta Concilij uniuersalis et Pontificis
autoritate in conuentu Imperiali de Religione et statu Ecclesiastico
pro arbitrio eorum statuatur, et confessio eor Augustana confirmatur
Atq; has ipsas unicas causas esse, propter quas praefatae duae conditiones
ab ipsis fuerunt repudiatae. In hac igitur discepatione cum unaquaq; pars suae
~~inferuerit~~ inserere sententia. et nec confessionista huiusmodi conditiones admittere,
nec Catholici considerata obligatione, qua deo, Ecclia, et Sedi Aplica,
ac S.mo Dno nro astricti sunt remittere uelent, utraq; sententia Regi
est oblata, qui utriusq; partis consensum de Colloquio instituendo approbauit
Aliorum autem quae de conditionibus Colloquij inter partes discepta sse, nec
concordare potuerunt, memorem se futurum promisit.

Hac Regis audita sententia, cum extrema clausula obscurior aliquato
uideretur, q; qua parti Catholicorum de duabus conditionibus satis esset
cautum, et prouisum Catholici scripto Regis praesentato, declararunt se
ad huc in eor sententia de duabus conditionibus perstere, nec ulla se